



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

35. Cessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

fuit ab ipsis viris ipsis, si ipse ille colonus ipsius sui esse debebat, an non, in praesente ei dicere deberet. Et ipse ille nullatenus potuit dicere nec adponere, nec nullam ratione tradere per quid ipse de ipso colonatico se abstrahere potuisset; & in praesente pro colono ipsius sui se recedidit vel recognovit. Sic ab ipsis viris fuit iudicatum, ut ipse ille ipso illo pro colono habere debeat. Et sic jam dictus Comes ipso illo per manus partibus sui visus est reddidisse. His praesentibus.

Notitia sacramentalis.

XXXIII. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in basilica sancto illo, ubi plurima sacramenta percurrere videntur, ante viro magifico illo vel reliquis quampluris bonis hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altario sancto illo, sic juratus dixit: Hic iuro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo, unde me ille homo in mallo publico mallabar, quod ego terra sua aut ad conjugem suam illam, in pago illo, in loco quod dicitur ille, de eorum potestate per fortia nunquam proprii aut pervasi, sed de ista parte triginta & uno anno ferè amplius. semper exinde fui vestitus, & post me divisi, & per legem & iustitiam plus obtineat me ad habere quam ipsius sui aut conjugem suam reddere, & ad quod mihi iudicatum fuit in nullo non redebeo, nisi isto & unico sacramento, per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo. Insequenter verò post ipso tres aliorum & duodecim conlaudantes juraverunt, & de linguis eorum legibus dixerunt. Id sunt. & reliqua.

Notitia de herbas maleficas.

XXXIV. Notitia qualiter vel quibus praesentibus veniens femina aliqua nomine illa in pago illo, in mallo publico, in basilica sancto illo, ante illos & illos & alios quamplures bonis hominibus qui subter firmaverunt, posita manu sua super sacrosancto altare sancto illo, sic jurata dixit: Hic iuro per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo, unde me ille ante viro magifico illo vel aliis bonis hominibus mallavit quod ego herbas maleficas temporassem, vel bibere ei dedissem, per quid ipse infirmasset aut vitam suam perdere debuisset, ego herbas maleficas nec potiones malas nunquam temporavi, nec bibere dedi, per quid ipse infirmus vel infans fuisset aut vitam suam perde-

Tom. II.

re debuisset, & aliud de ista causa in nullo non redebeo nisi isto unico & idoneo sacramento per hunc loco sancto & Deo altissimo & virtutis sancto illo. Insequenter verò post ipsam tantam juraverunt, & de linguis eorum legibus dixerunt. Id sunt.

Cessio.

XXXV. Dulcissimo atque in omnibus amantissimo filio meo illo ille. Ammonuit mihi amor & dulcitas tua, & ex alia parte tu cotidie mihi non cessas deservire, & in bono impendas effectum. Propterea mihi praeparavit plenissima voluntas ut aliquid de hereditibus propriis meis extra consortium germanus tuus tibi concedere deberem, quod ita & feci. Propterea cedo tibi post meum quoque discessum de hac luce, à die praesente, cessumque in perpetuum esse volo, & de iure meo in iure & dominatione tua transcribo atque transfundo, hoc est, servo iuris mei nomine illo, vel aliam rem, terris, vel quacunque domum, ita ut ab hodiernum diem habeas, teneas, atque possideas, vel quicquid à die praesente facere volueris, liberam & firmissimam in omnibus habeas potestatem faciendi. Si ego ipse aut ullus de hereditibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc cessionem ista venire conaverit, inferat tibi unam cum socio fisco auri uncias tantas esse multando, & praesens cessio omni tempore firma permaneat, stipulatione subnixata. Actum illo.

Evacuatoria.

XXXVI. Fratri illo ille. Omnibus non habetur incognitum quia ego ad petitionem tuam solidos tantos ad praestitum beneficium in manu tua tibi praestiti, & tu pro hoc talem epistolam cautionis in me adfirmasti ut usque annos tantos in unaquaque hebdomada dies tantos opera mea facere deberes, quod ita & fecisti, [* ad placito ipso debito meo mihi reddere deberes, quod ita & fecisti] & ego ipsam cautionem minimè invenire possum. Propterea talem epistolam evacuaturiam in te fieri & adfirmare rogavi, ut si ipsa cautio ullo unquam tempore inventa aut reperta fuerit, nullum obtineat effectum, evacuaturia inanis permaneat, & nec ego ipse, nec ullus de hereditibus meis, vel quislibet de parte mea ipso debito superius nominato neque in ipsa cautione, nec per nullis modis nullo unquam tempore tibi ex hoc nullas calumnias nec repetitiones agere nec repetere non debeamus. Quod si at.

F f ij

* Hæc addita sunt in margine in codice MS.